Naturæ ver BORVM QVA'M emendatiſſimę, inſertis vulgaribus exẽplorum interpretationibus, ad=puerorum vtilitatem.

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
1 5 3 7

D.
S. C.



Votuplex est verbum? duplex. Personale, & Impersonale. Personale, est quod habet distinctos numeros & personas: Impersonale, est quod caret numeris & personis.

Quotuplex est verbũ personale? Quintuplex. Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune & Deponens.

De verbis actiuis.

Quid est verbum actiuum? Est quod in o desinens, facit ex se passiuum in or: & exigit ante se nominatiuum agentem, & post se, accusatiuum patientem. vt ego amo te. Quot sunt ordines verborum actiuorum? Sex. Actiuum simplex, Possessiuum, Acquisitiuum, Trãsitiuum, Effectiuum, & Separatiuum. Actiua simplicia exigunt ante se nominatiuum agẽtem, & post se accusatiuum patientem: vt, Pyrrhus amat Penelopen. *Pyrrhus ayme Penelope*. his similia sunt,

Diligo diligis	*aymer*
Amo amas	*idem*
Video vides	*ueoir*
Capio capis	*prendre*
Audio audis	*ouyr*

Actiua possessiua exigunt ante se nominatiuum, & post se accusatiuum cum genitiuo vel ablatiuo, vt Impleui domum tritici vel tritico:

Iay remply la maison de bled. his sunt similia,

Emo emis emit.Plr̃ emimus emitis	*acheter*
Comparo comparas	*idem*
Vendo vendis.Pluraliter vendimus	*uendre*
Vænundo vænundas	*idem.*
Culpo culpas	*blasmer*
Impleo imples	*emplir*
Euacuo euacuas	*uuider*

Actiua acquisitiua exigunt ante se nominatiuum,& post se accusatiuum cũ datiuo:vt,Trado te studijs philosophiæ. *Ie te metz en l'estude de philosophie.*

Do das dat:damus datis dant	*donner*
Dedo dedis dedit:dedimus	*s'addoner*
Trado tradis	*liurer ou trahyr*
Tribuo tribuis tribuit	*ottroyer*
Præbeo bes bet.præbemus betis	*bailler*
Impendo dis dit.dimus	*bailler par authorite.*

Actiua transitiua exigũt ante se nominatiuũ, & post se,duos accusatiuos:vt,Doceo te artem grammaticam. *Ie t'enseigne l'art de grammaire.*

Flagito,posco,peto,doceo,rogo,calceo,celo,
Erudio,admoneo,moneo,atque interrogo,cingo,
Induo cum uestit,cúmque exuo,postulat oro:
Omnibus his quartos poteris coniungere binos.

Actiua effectiua exigunt ante se nominatiuũ, & post se,accusatiuum cum ablatiuo sine præpositione:vt,Ego spolio te veste.*Ie te despouille ta robe.* similia sunt,

Spolio spolias	*despouiller*

Priuo priuas *priuer*
Onero oneras *charger*
Impleo imples *emplir*
Imbuo imbuis *idem*

Actiua separatiua exigunt ante se nominatiuum,& post se,accusatiuum cum ablatiuo mediante à vel ab:vt, Audio lectionem à præceptore. I'*escoute la lecon du maistre.*

Audio audis *ouyr*
Ausculto auscultas *escouter*
Amoueo amoues *oster*
Remoueo remoues *idem*
Quæro quæris *demander*

De verbis passiuis.

Verbum passiuũ,est quod in or desinens formatur ab actiuo.Verborũ passiuorum sex sunt ordines sicut actiuorum: & omnes exigũt ante se nominatiuum patientem:& post se ablatiuũ agentem cum præpositione à vel ab: vt, Discipulus amatur à præceptore.*Le disciple est aymé du maistre.* Casus enim qui vltra duos principales sunt,non mutantur in passiuo : vt , Tu doceris à me grammaticam. Ie *te enseigne la grammaire.*

Diligor diligeris *estre ayme*
Emor emeris *estre achete*
Daris vel dare *estre donne*
Doceor doceris *estre enseigne*
Spolior spoliaris *estre despouille*
Audior audiris *estre ouy*

De verbis neutris.

Verbum neutrum, eſt quod in o deſinẽs non format paſſiuum in or. Et eius ſunt nouẽ ordines: Subſtãtiuum, Poſſeſſiuum, Acquiſitiuum, Trãſitiuum, Effectiuum, Abſolutum, Imperfectum, Neutrumpaſſiuum & Neutropaſſiuum.

Subſtãtiuum, eſt quod per ſe ſubſtat: vt, Ego ſum: & in ipſum cætera verba reſoluuntur: vt, Amo, id eſt, Amans ſum: Legebam, id eſt, Legens eram, & ab eo compoſita. Copulat autem ſimiles caſus: vt, Ego ſum fortis. *Ie ſuis fort.* Cõſtruitur etiam cũ genitiuo: vt, Hic liber eſt Petri. *Ce liure eſt a Pierre:* & cum datiuo: vt, Eſt mihi pater: & cum ablatiuo: vt, ſum magno animo. *Ie ſuis de grant couraige.* & cum duobus datiuis: vt, Sum tibi curæ. *Tu as ſoing de moy.* Sum tibi impedimento. *Ie te fais empeſchement:* & cũ ablatiuo, cum præpoſitione in, vel ſub: vt, Sum in foro. *Ie ſuis au marche.* Sum ſub tecto. *Ie ſuis ſoubz le toict:* vel cũ accuſatiuo, cum iſta præpoſitione apud: vt, ſum apud macellum. *Ie ſuis au pres du marche.* Interdũ ſine caſu poſteriore: vt, Deus eſt: Deus fuit ſemper, & Deus erit ſemper. *Dieu eſt, dieu á touſiours eſté, & touſiours ſera.* Compoſita autẽ iunguntur fere ſemper datiuo: vt, Ego interſum lectioni. *Ie ſuis preſent a la lecon.* Illi ineſt virtus. *Il á de la uertu.* Multa mihi deſunt. *Pluſieurs choſes me deffaillent.*

Sum es eſt: Plu. ſumus eſtis ſunt *eſtre*
Interſum interes interfui *eſtre preſent*

Obſum obes obfui *nuyre*
Proſum prodes profui *profiter*
Præſum præes præfui *preſider*
Adſum ades adfui *eſtre preſent*
Abſum abes abfui *eſtre abſent*
Deſum dees defui *defaillir*
Inſum ines infui *eſtre dedens*
Subſum ſubes ſubfui *eſtre deſſoubz*
Superſum ſuperes ſuperfui *eſtre ſuperflu.*

Neutra poſſeſſiua exigunt ante ſe nominatiuum patientem,& poſt ſe ablatiuum ſine præpoſitione:vt, Petrus abundat literis . *Pierre eſt bien lettré.*

Egeo eges eget.Plur.egemus *auoir beſoing*
Indigeo indiges indiget *idem*
Careo es et.Plura.caremus. *auoir deffault*
Abundo abundas abundat *auoir beaucoup*
Affluo affluis affluit *idem*
Exubero exuberas exuberat *idem*
Satago ſatagis ſatagit *faire diligence*
Memini meminiſti *ſouuenir*

Neutra acquiſitiua exigunt ante ſe nominatiuum agentem,& poſt ſe datiuum patientem: vt,Ego indulgeo amori noſtro.

Seruio ſeruis ſeruiui *ſeruir*
Inſeruio inſeruis inſeruit *idem*
Studeo ſtudes *eſtudier*
Obuio obuias *rencontrer*
Occurro occurris *aller a lencontre*
Obedio obedis *obeir*

Neutra transitiua exigunt ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem sicut actiua: vt, tu aras terram. *Tu laboures la terre.*&,ego sero agrum. *Ie seme le champ.* potest etiam addi datiuus:vt,Vergil. En queis cōseuimus agros. *Voyci pour qui nous auons semez les champs.* Et habēt passiuū in tertijs personis in vtroq; numero: vt, Terra aratur à te. *La terre est labouree par toy.*&,Agri seruntur à me. *Les champs sont semez par moy.*

Aro,as,aui,atum,aratu	*labourer*
Colo colis colui cultum cultu	*cultiuer*
Semino seminas seminaui	*semer*
Sero seris seui satum	*idem*
Insero inseris inseui insitum insitu	*enter*
Consero conseris	*idem*
Planto plantas	*planter*

Neutra effectiua exigunt ante se nominatiuum patientem,& post se,ablatiuum agentem sine præpositione:vel accusatiuum cum prępositione ob,aut propter: vt, Ego caleo igni, vel ob ignē, vel propter ignem. *I'ay chault au feu, ou pour le feu,ou aupres du feu.*

Caleo cales	*auoir chault*
Frigeo friges	*auoir froit*
Albeo albes	*blanchir*
Nigreo nigres	*noircir*

Neutra absoluta exigūt ante se nominatiuū: post se autē nullo indigēt casu:vt,De⁹ est. *Dieu est.*Ego viuo. *Ie uiz.*Nisi mediāte præpositiōe:

vt Deus est in cælo. *Dieu est au ciel.*

Viuo viuis	*uiure*	Intereo iteris	*mourir*
Occũbo bis	*mourir*	Occido occidis	*tuer*
Obeo obis	*idem*	Dormio mis	*dormir*
Pereo peris	*perir*	Vigilo vigilas	*ueiller*

Neutra imperfecta exigũt ante se nominatiuum, & post se obliquum cũ præpositione: nisi fuerint nomina aduerbialiter posita, vt Eo in vrbem, eo domum. *Ie m'en uois a la uille, a la maison.*

Abeo abis	*aller*
Discedo discedis	*aller ou departir*
Recedo recedis	*idem*
Eo is	*aller*
Vado vadis	*idem*
Incedo incedis	*cheminer*
Pergo pergis	*idem*

Neutra passiua, dicũtur in voce actiua, & instar passiuorum cõstruũtur: vt, Discipuli vapulant à prçceptore. *Les disciples sont batus du maistre.* & sunt quinq;, vt ex his versibus patet,

Exulo cum liceo, uapulo, sic uæneo, nubo,
Ordinis octaui dic hæc, passiuáq; neutra.

Neutropassiua dicuntur quæ in præteritis, atq; his que à præteritis formantur, declinantur sicut passiua. In cæteris vero temporibus, seruant vocem actiuorum. & sunt sex:

Gaudeo cum fio, fido, confido solere:
Audeo, cum soleo, fio quoq;, gaudeo, fido,
Pransussum iunge, neutropassiua secundæ.

De verbis communibus.

Verbum cõmune eſt, quod in or deſinens nõ formatur à verbo deſinente in o, & actionem & paſſionem ſignificat, actiuorum & paſſiuorum ſimplicem cõſtructionem requirit: vt, ego criminor te, & criminor à te. *Ie te accuſe, & tu me accuſes.* & ſunt decem,

Largior, experior, ueneror, moror, oſculor, hortor:
Criminor, amplector, interpretor, hoſpitor adde.

De verbis deponentibus.

Verbũ deponẽs eſt, quod in or finitũ nõ habet actiuum in o, & actionẽ vel paſſionẽ ſignificat.

Verborum deponentiũ ſeptem ſunt ordines, Poſſeſſiuum, Acquiſitiuum, Tranſitiuum, Effectiuum, Abſolutũ, Imperfectum & Paſſiuum.

Deponentia poſſeſſiua exigunt ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe, genitiuum, vel ablatiuum patientem, ſine præpoſitione: vt, dij veſcũtur ambroſia. *Les dieux uiuent d'une uiande quon appelle Ambroſia.*

Abutor abuteris	*mal uſer*
Vtor vteris	*uſer de choſes utiles*
Fruor frueris	*uſer par delectation*
Fungor fungeris	*faire ſon debuoir*
Potior potiris	*uſer de choſes deſirees*
Veſcor veſceris	*uſer de uiandes*
Recordor recordaris	*auoir memoire*
Reminiſcor reminiſceris	*ſouuenir*
Obliuiſcor obliuiſceris	*oublier*
Miſereor miſereris	*auoir pitie*

Deponentia acquiſitiua exigunt ante ſe nominatiuum agentem,& poſt ſe,datiuum patientem:vt,Ego auxilior tibi.*Ie te ayde.*

Auxilior auxiliaris auxiliatus ſum *ayder*
Adminiculor adminicularis *idem*
Opitulor opitularis opitulatus ſum *idem*
Suffragor aris at⁹ ſũ.*porter la parolle pour q̃lcũ.*
Minor minaris minatus ſum *menacer*
Inſidior inſidiaris inſidiatus ſum *eſpier*

Deponẽtia trãſitiua exigũt ante ſe noĩatiuũ agentẽ,& poſt ſe,accuſatiuũ patiẽtem:vt, Ego ſequor imperatorem.*Ie ſuys l'empreur.*

Sequor ſequeris *ſuiure*
Proſequor proſequeris *idem*
Inſequor inſequeris inſecutus ſum *enſuiure*
Perſequor perſequeris *perſecuter ou pourſuyure*
Fateor fateris *confeſſer*
Confiteor confiteris *idem*
Precor precaris precatus ſum *prier*

Deponentia effectiua exigunt ante ſe nominatiuum patientem:poſt ſe vero, ablatiuum agentem ſine præpoſitione, vel accuſatiuum cũ ob, vel propter;vt, Ego lætor tua felicitate. Ie *ſuis ioyeulx de ton bon heur.*

Lætor,aris *ſ'eſiouir*
Triſtor triſtaris triſtatus ſum *ſoy douloir*
Iraſcor iraſceris iratus ſum *ſoy courouœr*
Indignor indignaris natus ſum *ſoy deſpiter*
Verecundor verecundaris *auoir honte*
Queror quereris *ſoy complaindre.*

Deponentia abſoluta exigũt ante ſe nominatiuum,& poſt ſe,nullo indigent caſu:vt,Ego prophetor.*Ie prophetize.*

Expergiſcor expergiſceris	*s'eſueiller*
Morior moreris	*mourir*
Philoſophor philoſopharis	*philoſopher*
Iocor iocaris	*iouer ou gaber*

Deponentia imperfecta exigũt ante ſe nominatiuũ,& poſt ſe obliquũ cũ aliqua prępoſitione:niſi ſint nomina aduerbialiter poſita: vt, Ego egredior de tẽplo. *Ie ſors hors de l'eſgliſe.* reuertor domum.*Ie reuiens en la maiſon.*

Gradior graderis greſſuſſum	*cheminer*
Proficiſcor proficiſceris profectuſſum	*aller*
Ingredior ingrederis ingreſſuſſum	*entrer*
Reuertor reuerteris reuerſuſſum	*retourner*
Altercor altercaris altercatuſſum	*noiſer*

Deponentia paſſiua exigunt ante ſe nominatiuum patientem,& poſt ſe ablatiunm agentem cum præpoſitione:vt,Ortus ſum ex bono patre.*Ie ſuis né d'ung bon pere.*

Patior pateris paſſuſſum vel fui	*ſouffrir*
Renaſcor renaſceris renatuſſum	*renaiſtre*

De verbis imperſonalibus

Verbum imperſonale,eſt quod non habet diſtinctos numeros, & perſonas. Et eſt duplex, actiuæ vocis,& paſſiuæ vocis.

Imperſonale actiuæ vocis, eſt quod deſinit in t,vt tædet.Imperſonale paſſiuę vocis,eſt quod deſinit in tur,& deriuatur à verbis in o, nõ ſi-

gnificantibus paſſionẽ:& nullum caſum requi-rit:vt,viuitur,*on uit*: ſtatur, *on eſt debout* : legi-tur,*on liſt*.

Verborum imperſonaliũ actiuę vocis quinque ſunt ordines, ſiue ſpecies: ſcilicet Poſſeſſiuum,Acquiſitiuum, Trãſitiuum,Affectiuum, & Imperfectum.

Imperſonalia poſſeſſiua exigunt ante ſe genitiuum,& poſt ſe infinitiuum:vt Præceptoris intereſt legere,C'*eſt a faire au maiſtre a lire*.&diſcipuli refert audire.C'*eſt a faire au diſciple a ouyr*.excipiũtur genitiui quinꝗ pronominũ,mei, tui,ſui,noſtri,veſtri:Itẽ genitiuus huius nominis,cuius cuia cuiũ:loco quorũ ponuntur ablatiui fœminini:mea,tua,ſua,noſtra, veſtra,cuia.

Intereſt intererat interfuit	*c'eſt a faire*
Refert referebat	*il appertient*

Imperſonalia acquiſitiua exigunt ante ſe datiuum,& poſt ſe infinitiuum:vt, mihi contingit legere.I*l eſchet que ie liſe*.

Accidit accidebat	*il eſchet*
Contingit contingebat	*idem*
Euenit eueniebat	*il aduient*
Placet placebat	*il plaiſt*
Libet libebat	*idem*

Imperſonalia tranſitiua exigunt ante ſe accuſatiuum,& poſt ſe infinitiuum:vt, Me iuuat legere, *il m'eſt bon que ie liſe*. & ſunt quatuor, Iuuat,Decet,Delectat,& Oportet.

Imperſonalia affectiua exigunt ante ſe accu-

ſatiuum perſonæ patientis:& poſt ſe, infinitiuum, vel genitiuum perſonæ agentis: vt, Me miſeret calamitatis humanæ. I'*ay pitie de la pourete du monde*. & ſunt quinq;:Pœnitet, Tædet, Miſeret, Pudet, & Piget.

Inperſonalia imperfecta, ſunt quæ, ſi in infinitiuis verborum perſonaliũ iungantur, perſonalia ſunt: ſi verò infinitiuis imperſonaliũ, imperſonalia: vt Inſtitutum vitę tuæ incipit mihi placere. T*a maniere de uiure me cõmencæ a plaire*. &, Incipit me pœnitere laboris mei. I*e me commence a repentir de æ que i'ay faict*. & ſunt quatuor: Incipit, Deſinit, Debet, Solet.

Infinitiui verborũ perſonaliũ exigũt ante ſe accuſatiuum: poſt ſe autem, caſus ſuorũ verborum: vt, Cupio te frui felicitate tua. I'*ay grant deſir que tu iouyſſes de ta felicite*.

Gerũdia & ſupina & participia ante ſe caſum non poſtulant: ſed poſt ſe quærunt caſus ſuorum verborũ: vt, Studeo cauſa acquirendi gloriam. I*e eſtudie pour acquerir gloire*. & curro cauſa amãdi à te. I*e cours pour eſtre ayme de toy*. & eo doctũ diſcipulos. I*e uois enſeigner les diſciples*

De interrogationibus, quò, qua, vbi, & vnde.

AD interrogationẽ per quò, recte reſpõdebimus per iſta aduerbia, huc, illuc, iſtuc, intro, foras, vſquam, nuſquam, ſiquò, nequò, aliquò, vtroq;, quocũque, quoquò, quouis, quolibet, eò, eodẽ, ſupra, infra, & quò.

Nomina vero vrbium,oppidorum,& villarum propria,in accusatiuo ponuntur:vt,eo Romã, Venetias.Et eodẽ modo locantur,rus, domus, militia & humus.Et omnia alia in accusatiuo ponuntur cum præpositione,ad, vel simili:vt, Eo ad templum, In Cyprum , Italiam versus. *Ie uois a l'esglise,en Cypre,uers Italie.*vtimur etiã supinis in um sine prępositione:vt,Eo lectum, & ad legendum.*Ie uois lire,& a lire.*

Ad interrogationem per quà, respõdebitur per aduerbia sequentia:hac,istac,illac,intus,foris,siquà,nequà,alià,aliquà,vtraque,quacunq;, & eadem, & quá. Nomina vero vrbiũ oppidorum,& villarum in ablatiuo ponũtur sine præpositione:vt Transiui Roma,rure,domo,militia,humo.*I'ay passe par Rome,par l'heritaige,par la maison, par la bataille, par la terre .* Alia vero in accusatiuo locari solent, cum præpositione, per:vt,Transiui per viam,per fluuiũ.*I'ay passe par la uoye,par la riuiere.*

Ad interrogationẽ per vbi,respondetur per aduerbia in loco significantia,hic,illic,istic, intus,foris,vsquam,nusquam,ibi,ibidem, vbiq;, alibi,alicubi,sicubi, necubi,vbiuis,vbilibet,vbi, vbicunq;,vtrobiq;,superius,inferius,& vbi.

Nomina vrbiũ,oppidorũ, & villarũ ponũtur in genitiuo:si sint primæ vel secũdę declinationis,vt Sũ Lugduni.*Ie suis a Lyõ.*Fui Romę.*I'ay estéa Rome.*Si vero tertię vel tãtũ pluraliter declinata,in ablatiuo sine prępositione:vt tu fuisti

Carthagine:ego erã Venetijs. *Tu as esté a Carthage,i'estois a Venise.* Alia vero in ablatiuo ponũtur cũ præpositione,in,vel simili:vt,Sum in templo. *Ie suis a l'esglise.* Sub tecto. *soubz le toict.* Super lapide. *sur la pierre.* Rus,domus,militia, humus,sequuntur regulam propriorum.

Ad interrogationẽ per vnde,respõdetur per aduerbia significãtia motũ de loco,hinc,istinc, illinc,intus,foris,sicunde,nécunde,aliunde, alicunde,vndiq;,vndecunq;, vtrinq;,vndévis, vndélibet,indè,supernè,infernè,cęlitùs,funditus.

Nomina vrbium,oppidorum & villarũ propria:& ista quatuor nomina,Rus,Domus,Militia, & Humus,in ablatiuo ponũtur sine præpositione:vt, Tu venis Florentia, Carthagine. *Tu uiens de Florence,de Carthage.*

Alia omnia in ablatiuo locabuntur, cũ præpositione ex,vel è,vel ab,vel simili:vt,Venio ex agro,reuertor à templo, vel ex templo, redeo ab vrbe. *Ie uiens du champ,ie reuiens de l'esglise, de la uille.*

FINIS.

W

